SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
È l'associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini
www.sangeministudies.info

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progettodi digitalizzazione
Tutti i documenti orignali e le copie digitali
fanno parte parte del Archivio Storico di San Gemini

Die xxi May 1571

Publico, et generali Conc.° Coitatis, et Hominum Terre S.ti Gemini Cong.to in loco solito, et consueto in valido, et sufficienti n.° in quo hec proposita fuerunt per mag.cos d. P. facta, et apposita, et per me Fabium Canc.um alta, et intelligibili voce lecta videlicet.

P.° quid agendum pro decima solvenda R.do Episcopo, unde extrahendi sint numi. etc.

2.° Cum Josephus Pullaster Spoletinus sit electus Aromatharius in Terra S.ti Gemini querat sibi instrumentum fieri, quid agendum, et utrum sit eligendus Joes Thadeus Confectus syndicus Cois ad promittendum una cum Mag.cis d. prioribus pro Coitate etc.

Super quibus etc.

Dnus Jacobus Philippus Milanesius J. V. Doctor eximius, et vir eleganttissimus cathedram concionabundus ascendens, super primo sane protulit sententiam, quod Mag.ci Dni Priores authoritatem habeant inveniendi numos, solvendos Episcopo eo modo, quo fieri pot melius et convenientius. Quod victum fuit unica viva voce.

Item Consultor super secundo dixit, quod habeat electus syndicus dictus Jo: Thadeus Confectus, et fiat instrumentum cum Josepho pollastro Spoletino Aromatario. Quod positum ad suffragiorum sortem, victum fuit triginta duobus suffragantibus, sex refragantibus, non obstantibus etc.

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C39-c245r

© Tutti i diritti d'autore del documento e della copia digitale appartengono all'Archivio Storico del Comune di San Gemini

© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Historic Archives of the del City of San Gemini, Italy

Reg. C39-c245r